

Exhortacion del Crisóstomo.

Verum sermonem suum ad Dei placitum concinnans; hæc enim ejus norma, hic terminus artificii debet esse, non plausus vel laudes; si quidem ab hominibus etiam laudetur, laudes nec rejiciat; sin laudes ab auditoribus non referat, ne quærat illas, nec ideo doleat. Laborum quidem solatium illud satis erit, omniumque maximum, si conscius sibi fueri, se ad Dei placitum doctrinam concinasse suam. (S. Joan. Chrysost: *De sacerdot.*, lib. v, n. 7, tom. 1, fol. 419.)

Las palabras de San Jerónimo, con que termina la leccion X, están tomadas de la Epist. LXXXVI ad Eustoch., tom. iv, part. segunda, fol. 671.

LECCION XI.

El amor de la vanagloria perturba al orador, y le hace errar el camino.

Propterea ignoscite, quæso, quod sermo ha in re longius excurrat. Multi multa faciunt, ut in medio stantes longum proferant sermonem: et si plausum multitudinis assequatur, perinde gaudent ac si regnum obtinuisent: si vero cum silentio dicendi finem faciant, gehenna ipsis gravius et onerosius est tale silentium. Hoc Ecclesias subvertit, quod vos non quæratís verba compunctionis; sed quæ oblectent, et sono et verborum compositione, ac si cantores et citharædos audieritis. Et nos frigide ac misere vestros affectus sequimur, quos excindere oporteret. Idipsumque facimus, ac si pater molli puero, etsi infirmanti, frigidam placentam; et quæ solum oblectant, porrigat; utilium vero nullam curam habeat. Deinde à medicis objurgatus ad excusationem dicat: Qui faciam? Flentem puerum ferre nequeo. Miser, infelix et proditor. Neque enim hunc patrem dixerim. Quam melius esset, illum parvo tempore tristitia affectum, perfectæ sanitati restituere, quam temporaneam gratiam perpetui mæroris causam facere! Hoc et nos facimus, dum elegantem orationem frustra quærimus, harmoniamque, ut placeamus, non ut proximis: ut admirationi habeamur, non ut doceamus; ut oblectemus, non ut compungamus; ut cum plausu et laudibus disce-

damus, non ut mores componamus. Credite mihi, non abs re dicenti, cum prædicans laudibus excipior, illo quidem tempore humanum quid patior. Cur enim vera non dixerim? Lætor et effundor: ubi vero domum reversus, cogito plaudentes nullum excepisse fructum; sed si quid utilitatis accipiendum erat, illud ex plausu et laudibus periisse, discrucior et ingemisco, lacrymor, ac si omnia frustra dixerim ita affectus, mihi que ipsi dico: Quæ mihi ex sudoribus utilitas, cum auditores nihil ex verbis meis utilitatis percipere voluerint? Sæpeque cogitavi legem proferre plausus prohibentem, et persuadere vobis ut cum silentio audiatis, et cum decenti modestia. Sed sustinete, quæso, et credite mihi: ac si placet, hanc firmemus legem: ne cui auditorum liceat loquentem plausibus interpellare: sed si admirari voluerit, silens admiretur: nemo prohibebit; omnis cura omne studium sit, ut dicta excipiantur. Quare applausistis? Hac de re legem pono: vos vero ne audire quidem sustinetis. Id multorum causa bonorum erit, philosophiæque disciplina. Externi philosophi disserebant, nemine unquam plaudente; et Apostoli concionabantur, neque uspiam legitur, ipsos loquentes ab auditoribus fuisse plausu interpellatos. Magnum hoc nobis lucrum erit: sed stabiliamus illud, et cum silentio omnes audiamus, omniaque dicamus. Etiam si post plausum discederemus, quæ audivimus retinentes, neque sic etiam utilis laus esset. Verum non ulterius disquiram, ne quis me rusticitatis accuset. Quia vero nihil hinc lucri, imo potius damnum, solvamus impedimentum, animæ saltus illos tollamus excindamusque. Christus in monte concionatus est; et nemo quidpiam dixit, donec finem dicendi fecit. Nihil damni facio iis qui plaudere vellent, imo id efficio ut magis admirentur. Multo melius est cum silentio audientem, in mente et memoria omni tempore plaudere domi, in foro, quam amissis omnibus domum redire vacuum, nullam habentem plausuum causam. Quomodo enim non ridiculus erit auditor? Quomodo non adulator et irrisor putabitur, qui recte loquentem esse doctorem declarat, nec quid dixerit proferre potest? Hoc adulationis est. Nam ei qui citharædos et tragædos audit, id jure accidit, utpote qui nesciat similia proferre. Ubi autem nec cantus nec modulatio adest, sed sententiæ solum et philosophiæ virtus, quæ cuivis dicere et enunciare facile est, quomodo non dignus objurgatione est, qui ne causam quidem dice-

re potest cur concionantem laudaverit? Nihil ita decet ecclesiam, ut silentium et modestia, tumultus ad theatra pertinet, ad balnea, ad pompas, ad forum. Ubi verotalium dogmatum doctrina est, ibi tranquillitas, quies, philophia et portus magnus esse debet. Hæc, oro et obsecro, omnes sciatis. Omnes circummodos exploro, queis potero vestris prodesse animabus. Non exiguus ille mihi modus videtur, qui non vobis tantum, sed etiam mihi proderit. Non sinet nos prosterni, neque laudes et gloriam amare, neque oblectantia loqui, sed utilia: neque in compositione et elegantia dicatorum, sed in vi sensuum omni temporis momento versaris. (S. Joann. Chrys., in Acta Apost., hom. XXX, n. 3 et 4, tom. ix, fol. 238.)

Asuntos sobre que debe versar la predicacion.

Los Santos Padres han declarado con mucha solitud las grandes verdades y materias importantes sobre que debe versar la predicacion evangélica: indicamos algunos pasajes, cuya lectura será provechosa para los jóvenes, ya que no nos es posible trascribirlas en este lugar.

San Basilio, hom. in Psalm. vii, n. 4, tom. i, fol. 101.—S. Greg. Nazianc., orat. I, tom. i, fol. 15.—Oratione XXXIII, tom. i, fol. 473.—S. Juan Crisóst., in Gen., serm. VI, n. 1, tom. iv, fol. 671.—Hom. LXXXVIII, in Matth., n. 4, tom. vii, fol. 829.—In epist. I ad Corinth., hom. IX, n. 1, tom. x, fol. 73.—In epist. I ad Thesalon., hom. II, n. 3, tom. xi, fol. 519.—S. Greg. Magno *Regula Pastor.*, sec. pars, cap. iv, tom. ii, fol. 16.

San Ambrosio escribió á Constancio, que acababa de ser elegido Obispo, una interesante carta sobre la conducta que debía observar en la predicacion de la divina palabra. Excita su celo: le recomienda el estudio de la Sagrada Escritura: le indica cómo se ha de expresar; unas veces con dulzura, otras con severidad, segun lo exija el estado y las necesidades de sus oyentes: «Sint ergo sermones tui proflui, sint puri, et dilucidi; ut morali disputatione suavitatem infundas, populorum auribus, et gratia verborum tuorum plebem demulceas; ut volens quod ducis, sequatur. Quod si aliqua vel in populo, vel in aliquibus contumacia, vel culpa est, sint sermones tui hujusmodi, ut audientem stimulent, compungant male conscientium: *sermones enim sapientium tamquam stimuli...* sunt etiam sermones sicut lac, quos infudit Paulus Corinthiis;

qui enim fortiorem cibum epulari non queunt, succo latis ingenii sui exercent infantiam.» Concentra en dos puntos la atencion del orador: amor á la virtud y odio al vicio: «Admone igitur plebem Domini, atque obsecra, ut abundet in operibus bonis, renuntiet flagitiis.» Especifica las virtudes que ha de recomendar y los vicios que ha de combatir. De desear es que los jóvenes oradores lean este escrito: en él aprenderán á predicar verdades cristianas y prácticas, y á no ocuparse en cuestiones inútiles ó inoportunas. (S. Ambros., Epist. II ad Constantium in Episc. nuper electum, tom. v, fol. 470, Venecia.)

Conducta de los Santos Padres.

San Juan Crisóstomo, despues de repetir como de paso la doctrina sobre la comunion sacrilega, que habia irritado á algunos de sus oyentes, continúa: «Hoc multos perstrinxit, hoc multos perturbavit, et conscientiam auditorum pupugit, nec auditorum tantum, sed meam, qui ad vos sermonem habeo, priusquam vestram. Communis est quippe doctrina, communia sunt vulnera: quapropter et communia adhibeo medicamenta... Itaque non quod in alienis philosopharer malis, neque ex inhumanitate quapiam, sed præ nimia sollicitudine reprehensiones illas adhibui. Nam in corporum quidem curatione, qui plagam infligit, nullum plagæ sensum capit, sed ille, qui secatur, solus doloribus cruciatur: at in animarum curatione non ita: nisi forte fallar, dum ex meis de aliorum rebus judico; sed ipse prior cruciatur, qui concionem habet, quando cæteros increpat. Neque enim sic à cæteris reprehensi dolemus, ac si alios reprehendamus ob peccata, quorum ipsi rei simus. Statim enim concionatorem objurgat conscientia, quodque se videat magisterii dignitate decoratum in eadem cum discipulis peccata prolabi, atque iisdem reprehensionibus indigere, graviolem concionatori dolorem inurit. Atque hæc non sine causa nunc conqueror, sed quoniam permulti eorum quæ dicta sunt acerbiter non ferentes, cum hic recessissent, accedentes indignabantur, et excandescabant... Quod si forte imbecilliores sint quidam, neque defensionem hanc nostram ferant, ita cum illis agam, ut moneam, me non à me ipso latas leges exponere, sed de cælo delapsas litteras legere, ac proinde necessarium esse, ut cum hoc mihi creditum sit ministerium, aut quæ continentur illis con-

fidenter ac libere cuncta dicam, et utilitatem ubique non voluptatem quæram auditorum, aut eorumdem odium reformidem, et hoc intempestivo beneficio salutem meam simul et illorum prodam. Nam et concionatori simul et auditoribus admodum periculosum esse quidpiam ex legibus divini celare, ac tanquam cædis patrata reos iudicari doctores, nisi absque metu cuncta Dei jura, ac decreta promulgent, Pauli vobis testimonio comprobabo... Nobis ergo qui concionamur, nequaquam prodesse, si talia siluerimus, sufficienter et Propheta nos docuit, et Apostolus: sed neque vobis prodesse qui auditis, inde constabit. Nam si ego dum sileo, peccata silentio absconderem, recte succenseret unusquisque, ac merito indignaretur, nisi silerem: sin autem, quantumvis jam non sileamus, omnino necesse est ut illic delicta manifestentur, quid poterit silentium prodesse? Imo nihil proderit, sed summopere nocebit. Nam si quidem nunc proloquar, ad pœnitentiam et animi compunctionem inducam: sin taceam, nunc quidem eorum quæ peccaverimus, non recordabimur, neque pœnitentiam agemus; at in futuro sæculo nuda et aperta præ oculis nostris intuebimur, ac frustra et in cassum lamentabimur.» (S. Joann. Chrysost. «Non esse ad gratiam concionandum,» tom. II, fol. 658.)

La homilía que dió ocasion á las quejas de los fieles es la LXXII, tom. II, fol. 650.

Numquid ego hoc scripsit? Numquid ego delere illud possum? Si delevero, timeo deleri. Tacere illud possum; timeo tacere. Prædicare cogor: territus terreo. Timete mecum, ut gaudeatis mecum. *Ne tardes converti ad Deum:* Domine, vide quia dico: Domine, scis quia terruisti me, cum tuus Propheta legeretur. Domine, nostri in illa cathedra timorem meum, cum tuus Propheta legeretur. «Ecce, dico, ne tardes converti ad Deum, neque differas de die in diem. Subito enim veniet ira ejus, et in tempore vindictæ disperdet te.» Sed nolo perdat te... Quid ego feci speculator? liber sunt, non vos gravo. Scio dicturos quosdam: Quid nobis voluit dicere? Terruit, grabavit nos, reos nos fecit. Imo à reatu volui liberare. Fædum est, turpe est: nolo dicere malum, nolo dicere periculosum, nolo dicere exitiosum: turpe est ut vos fallam, si Deus me non fallit.

Dominus mortem minatur impiis, nequissimis, fraudatoribus, sceleratis, adulteris, voluptatum inquisitoribus,

suis contemptoribus, de temporibus murmurantibus et mores suos non mutantibus. Dominus illis mortem minatur, gehennas minatur, interitum sempiternum minatur. Quid volunt, ut ego promittam quod ille non promittit? Ecce dat tibi securitatem procurator: quid tibi prodest, si pater familias non accepte? Procurator sum, servus sum; vis dicam tibi, vive quomodo vis, Dominus te non perdet? Securitatem tibi procurator dedit; nihil valet securitas procuratoris. Utinam Dominus tibi daret, et ego te sollicitum facerem! Domini enim securitas valet, etiamsi nolim; mea vero nihil valet, si ille noluerit. Quæ est autem securitas, fratres, vel mea, vel vestra, nisi ut Domini jussa intente et diligenter audiamus, et promissa fideliter expectamus? In his fatigamur, quia homines sumus: ipsius adjutorium implem, ad illum ingemiscamus. (S. Aug., serm. XL, tom. V, fol. 245.)

Método de la predicacion.

Nam hic mihi videtur optimus esse docendi modus, si non prius desistamus consulendo quacumque de re, quam viderimus admonitionem ad effectum pervenisse. Etenim, qui hodie de eleemosyna, cras de oratione, perendie de humanitate, deinde rursus de animis modestia disserit nihil horum in auditorum animis perficere recte poterit, ab hoc ad illud, rursus ab illo semper alio transiliens: sed necesse est, ut qui velit orationem in auditorum animis fructum destinatum assequi, non ante desistat iisdem de rebus admonens consulensque, nec prius ad aliud quidpiam transiliat quam conspexerit superiorem admonitionem in eis bene fixam ac radicatum. Idem hoc facere solent ludimagistri. Non prius ad syllabas adducunt pueros, quam elementorum cognitionem in eis viderint recte confirmatam. (S. J. Chrysost., De David et Saule, hom. I, tom. IV, fol. 748.)

Ideo, dilectissimi filii, vos minutatim et per partes scripturarum doctrina pascimus, neque simul omnia effundimus, ut facilius vobis sit emissi verbi custodia. Nam in ædificiis, qui antequam priores lapides conjuncti sint, alios superimponit, non firmam, sed facile ruituram struit parientem; qui autem exspectat donec calce firmentur, et sic paulatim cætera adjicit, tutam, firmam diuque duraturam domum excitat. Hos ædium structores et nos imitemur, eodemque modo vestras ædifice-

mus animas. Timemus enim, ne recens cum sit prior structura, secundæ additæ speculationes, priores pessumdent, cum mens nequeat omnia simul continere. (S. Joann. Chrysost., in Joann., hom. VII, n. 1, tom. VIII, fol. 44.)

Non enim id parum confert ad dictorum intelligentiam, si seriem sententiarum nostrarum accurate teneatis. Quia enim non possumus omnia uno die complecti, si ea quæ singulis vobis diebus proponimus, in memoriæ quadam serie, quasi catenam, teneatis, sic in mente reponite, ut totum scripturæ corpus simul appareat. Revocatis igitur in mentem iis quæ nuper dicta sunt, sic hodie ad ea, quæ proponenda sunt, accedamus. (S. Joann. Chrysost., in Matth., hom. V, n. 1, tom. VII, fol. 73.)

Ordo igitur disputationis est ordo tractatus, et ideo etiam nos, cum aliqui ex gentibus vocantur ad Ecclesiam, ita præceptorum seriem formare debemus, ut primo unum Deum auctorem mundi, omniumque esse doceamus, in quo vivimus, et sumus, et movemur, cujus et genus sumus, etc... El Santo Doctor continúa señalando el orden con que debe procederse con el infiel hasta completar su instruccion religiosa. (S. Ambros., Exposit. Evang. sec. Lucam, lib. VI, n. 104, tom. IV, fol. 144, ed. de Venecia.)

Los asuntos han de ser proporcionados á las necesidades y circunstancias de los oyentes.

Volo cogitis aliam esse intentionem dictantis, cum lector luturus cogitatur; et aliam loquentis, cum præsens auditor attenditur; et in eo ipso aliam in secreto monentis, dum nullus alius qui de nobis iudicet præsto est; aliam palam docentis aliquid, cum dissimiliter opinantium circumstat auditus: et in hoc genere aliam, cum docetur unus, cæteri autem tamquam iudicantes aut attestantes, quæ sibi nota sunt, audiunt; aliam cum omnes communiter quid ad eos proferamus expectant; et rursus in hoc ipso aliam, cum quasi privatim consecretur, ut sermocinatio conseratur; aliam, cum populus tacens unum de loco superiore dicturum suspensus intuetur: multumque interest, et cum ita dicimus, utrum pauci adsint an multi; docti an indocti, an ex utroque genere mixti; urbani an rustici, an hi et illi simul; an populus ex omni hominum genere temperatus

sit. Fieri enim non potest, nisi aliter atque aliter afficiant locuturum atque dicturum, et ut sermo qui profertur, affectionis animi à quo profertur, quemdam quasi vulgum gerat, et pro eadem diversitate diverse afficiat auditores, cum et ipsi se ipsos diverse afficiant invicem præsentia sua. (S. Aug.: *Decatech. rudib.*, cap. XV, tom. VI, fol. 328.)

No ha sido sólo San Agustin el que se ha ocupado en esta materia. San Gregorio Nazianceno, San Juan Crisóstomo, San Isidoro de Sevilla y con especialidad San Gregorio Magno, han expuesto las dificultades que ofrecen al predicador la multitud de los oyentes y la variedad de sus necesidades y calidades personales: y con esta ocasion han consignado consejos de exquisita prudencia para los que se dedican al difícil ministerio de la predicacion. (Véase S. Greg. Nazianc., orat. XXXIII, tomo I, fol. 467 y sig.—S. Juan Crisóst., «cur in Pentecostes acta,» etc., concio VI, n. 2, tom. III, fol. 83.—Adversus Judæos et Gent., n. 1, tom. I, fol. 558.—In princ. Actorum, hom. I, tom. III, fol. 54.—In Epist. ad Coloss., hom. XI, nn. 2 et 3, tom. XI, fol. 406.—S. Isidoro de Sevilla, *Sent.*, lib. III, cap. XLIII, tom. II, fols. 123 y 124.—Synonymor., lib. II, tom. II, fol. 512.—S. Gregorio Magno, *Reg. Past.*, pars III, capítulos xxxvi, xxxvii y xxxviii, tom. II, fols. 96 y 98.) El símil del instrumento músico usado por este Santo Doctor está en el prólogo de la parte III de su *Regla Pastoral*, tomo II, fol. 33.

Quidquid enim lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigentis. Dilige, et dic quod voles: nullo modo maledictum erit quod specie maledicti sonuerit, si memineris senserisque te gladio verbi Dei liberatorem hominis esse velle ab obsidione vitiorum. (S. Aug., Exposit. Epist. ad Galat., cap. VI, n. 57, tom. III, fol. 2144.)

Sermones predicados á clases determinadas.

San Juan Crisóstomo predicó sus LXXXVIII homilias sobre el Evangelio de San Juan al amanecer «sub aurora,» dice el mismo. Los sábios benedictinos, editores de las obras del Santo, opinan que eligió esta hora porque predicaba á un auditorio especial, y de materias determinadas, y por eso lo hacía á hora que no le impi-

diese continuar las instrucciones comunes que daba á todos los fieles en las horas acostumbradas.» (Véase el párrafo II del *Prefacio* de estas homilias, que se hallan en el tomo VIII de las obras del Santo Doctor.)

Aparte de los sermones que San Bernardo predicaba exclusivamente á los monjes, se sabe que predicó vários al clero de París, los cuales forman el sermón ó libro que se titula *De Conversione ad clericos*, tomo II, fol. 477. Puede verse en los pasajes siguientes por qué y en qué términos San Juan Crisóstomo y San Agustín predicaban á menudo, no sólo para los presentes, sino también para los ausentes. (San Juan Crisóstomo «de penitencia,» homil. IV, tom. II, fol. 305.—In princ. Act., homil. I, n. 2, tom. III, fol. 53.—De Anna, serm. IV, nn. 1, 2, y 3, tom. IV, fol. 729.—Homil. III, inedit., tom. XIII, fol. 340.—S. Agust., Enarrat. in Psalm. L, n. 1, tom. IV, fol. 585.—Serm. LI, tom. V, fol. 334.)

No se ha de predicar, sin necesidad, doctrina de difícil inteligencia ó que pueda turbar á los espíritus débiles.

Sunt enim quædam, quæ visua non intelliguntur, aut vix intelliguntur, quantolibet, et quantumlibet quamvis planissime dicentis versentur eloquio; quæ in populi audientiam, vel raro, si aliquid urget, vel nunquam omnino mittenda sunt. In libris autem qui ita scribuntur, ut ipsi sibi quodammodo lectorem teneant cum intelliguntur; cum autem non intelliguntur molesti non sint nolentibus legere, et in aliquorum collocutionibus, non est hoc officium deserendum ut vera quamvis difficillima ad intelligendum, quæ ipsi jam percepimus, cum quantocumque labore disputationis ad aliorum intelligentiam perducamus, si tenet auditorem vel collocutorem discendi cupiditas, nec mentis capacitas desit, quæ quoquo modo intimata possit accipere; non curante illo qui docet quanta eloquentia doceat, sed quanta evidentia. (S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. IV, cap. IX, tom. III, fol. 99.)

La misma prudencia recomiendan San Basilio, Epístola XXII *De perfectione vite Monast.*, n. 1, tom. III, folio 99, y San Gregorio Nazianc., orat. XXXIV, tom. I, fol. 480. Mas en los casos en que sea necesario ocuparse en la predicacion de doctrinas de difícil inteligencia, se

han de tener presentes las saludables reglas que San Agustín consigna en su tratado *De dono perseverantiae* (tom. X, fol. 993), con especialidad en los ocho últimos capítulos desde el fol. 1016.

LECCION XII.

Censuran los Santos Padres á los que predicán de una manera enteramente humana.

In populo autem gravi, de quo dictum est Deo, *in populo gravi laudabo te*, nec illa suavitas delectabilis est, qua non quidem iniqua dicuntur, sed exigua et fragilia bona spumeo verborum ambitu ornantur, quali nec magna atque stabilia, decenter et graviter ornarentur. (San Aug.: *De Doct. christ.*, lib. IV, cap. XIV, tom. III, fol. 102.)

In suam dicunt contumeliam Doctores, si dum sint ab eis dicta sapienter, nimium tamen eloquenter. Horret enim sapientia spumeum verborum ambitum, ac fucum mundialis eloquentiæ inflatis sermonibus perornatum.

Quidam curiosi delectantur audire quoslibet sapientes, non ut veritatem ab eis quærant: sed ut facundiam sermonis eorum agnoscant, more Poetarum, quis magis compositionem verborum, quam sententiam veritatis sequuntur. (S. Isid. Hispal., *Sent.*, lib. II, cap. XXIX, nn. 12 et 13, tom. II, fol. 64.)

Sed neque facetus quispiam ac jucundus sum, atque ita comparatus ut hominum benevolentiam blanditiis et assentatione surripere queam; quales multos eorum video qui hoc tempore sacerdotii munus profitentur, qui fidei nostræ pietatem, quæ prius simplex atque artis experta erat, artificiosam reddiderunt, ac novum quoddam politices genus, à foro ad sanctum translatae, et à theatris ad sacrarium, vulgi oculis minime inspectandum: ita ut, si audacter hoc dicere oporteat, duæ jam scenæ sint, inter quas hoc dumtaxat intersit, quod illa omnibus pateat, hæc quibusdam; illa videatur, hæc in honore sit; illa theatrica, hæc spiritualis nominetur. Vos testes, et Deus (ut Apostoli verbis utar) nos ab hac parte minime stare, verum tales esse, ut sinisteritatis potius et rusticitatis, quam adulationis ac servilis animi notam suscipere possimus, quippe qui eos etiam, qui nostri apprimè studiosi sunt, asperius interdum accipiamus, si